

Advéntum, pag. xviii.

XXII. OCTOBRIS.

In festo S. Salóme Ví-
duæ. Epístola: Mulierem
fortem, de commúni nec
Virg. nec Mart. pag. xxi.

XXIII. OCTOBRIS.

In festo S. Petri Paschá-
sii Episcop. & Martyr.
Epist. Fratres, Benedíc-
tus Deus, de commúni
uníus Mart. Pont. pag. ii.

XXIII. OCTOBRIS.

In festo SS. Servándi &
Germáni Mart. Ep. Jus-
tòrum ánimæ, de comm.
plurim. Mart. pag. viii.

XXIV. OCTOBRIS.

In festo sancti Raphaélis
Archángeli.

Léctio libri Tobíæ.

IN diébus illis: Dixit
Angelus Ráphaél ad
Tobíam: Etenim sa-
craméntum regis abscon-
dere bonum est: ópera
autem Dei revelâre &
confitéri honoríficum est.
Bona est óratio cum jejú-
nio & eleémósyna magis
quàm thesáuros auri re-
cóndere: quóniam eleē-
mósyna à morte liberat,
& ipsa est, quæ púrgat
peccáta, & facit inveníre
misericórdiam & vitam
æternam. Qui autem fá-
ciunt peccátum, & iniqui-
tâtem, hostes sunt áni-
mæ suæ. Manifésto ergo
vobis veritâtem, & non
abscondam à vobis oc-
cúltum sermónem. Quan-
do orábas cum lácrymis,
& sepeliébas mórtuos, &

Tob.
12. d

derelinquébas prándium
tuum, & mórtuos abscon-
débas per diem in domo
tua, & nocte sepeliébas
eos, ego obtuli oratió-
nem tuam Dómino. Et
quia accéptus eras Deo,
necesse fuit ut tentatio
probâret te. Et nunc mi-
sit me Dóminus ut curâ-
rem te, & Saram uxórem
filii tui à dæmónio libe-
rârem. Ego enim sum Rá-
phaél Angelus, unus ex
septem, qui astâmus ante
Dóminum.

XXV. OCTOBRIS.

In festo SS. Gavíni, &c.
Mart. Epístol. Justòrum
ánimæ, de commún. plu-
rim. Mart. pag. vii.

III. NOVEMBERIS.

In festo Innumerabilium
Mart. Cesarum. Epist.
Justorum animæ, ut in
com plurim. Mart. extra
temp. Paschale. pag. viii.

XXV. OCTOBRIS.

In festo sancti Fructi
Confessôris.

Léctio libri Sapiéntiæ.

Diléctus Deo, &
homínibus, cu-
jus memória in
benedictióne est. Sími-
lem illum fecit in glória
sanctòrum, & magnificâ-
vit eum in timóre inimi-
còrum, & in verbis suis
monstra placâvit. Glori-
ficâvit illum in conspéc-
tu regum, & jussit illi
coram pópulo suo, &
osténdit illi glóriam suam.
In fide & lenitâte ipsius
sanctum fecit illum, &
elêgit eum ex omni car-
ne. Audívit enim eum,
& vocem ipsius, & in-
dúxit illum in nubem. Et
dedit illi coram præcép-
ta, & legem vitæ & dis-
ciplinæ.

Ecol.
45.

XXIX. OCTOBRIS.

In festo S. Narcissi Episcop. & Martyr. Epistol. Charissimi, Beatus vir, de com. unius Mart. Pont. pag. i.

FESTA NOVEMBRIS.**II. NOVEMBRIS.**

In Commemor. Omnium Fidelium Defunctorum dicuntur tres Missae ex concessione Benedicti XIV. In prima. Epistol. Fratres, Ecce mysterium, ut in Missis Defunctor. pag. xxxviii. In secunda, Epistola: In diebus illis: Vir fortissimus, ut in Anniversario Defunctorum, pag. xxxix. In tertia, Epistola: In diebus illis: Audivi vocem, ut in Missis quotidianis Defunctor. pag. xxxix.

XIX

D O M I N I C A

aliqua Novembris. In festo Patrocinii Beatae Mariae Virginis.

Lectio libri Sapientiae.

AB initio, & ante saecula creata sum, & usque ad futurum saeculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

Ecc.
24.**III. NOVEMBRIS.**

In festo Innumerabilium Mart. Caesaraug. Epistol. Justorum animae, ut in com. plurim. Mart. extra temp. Paschale, pag. viii.

XV.

XV. NOVEMBRIS.

In festo S. Eugénii Archiepiscopi Toletani, & Patroni.

Lectio Epistolae Beati Jacobi Apostoli.

Charissimi, Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est; ipse autem neminem tentat. Unusquisque verò tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei di-

lectissimi. Omne datum optimum & omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturae ejus.

XVII. NOVEMBRIS.

In festo SS. Aciscli & Victoriae Martyr. Epistol. Justi autem, de communi plurim. Martyr. pag. viii.

XXVI. NOVEMBRIS.

In festo Desponsationis B. M. V. Epistol. Dominus possedit me, ut in festo Nativitatis ejusdem Beatae Mariae Virg. 8. Septembris, pag. 215.

¶ In Missa Sancti Jacobi Apost. pro Feria ii.

Pp

Epis-

Epístol. Fratres, Puto quòd Deus, ex ejus festo 25. Julii, pag. 204. **Epístolæ Conceptionis Beátæ Mariæ Virginis. pro Sáb- batis, Epístola, ut in próprio die 8. Decémbris, pag. 165.**

¶ In Missa Immaculá-



EPIS-

EPISTOLÆ

QUÆ SOLENT CANTARI

in Missis, quæ continentur in Pontificáli Románo.

IN MISSA
Própria Consecratiónis
& Anniversárii
Epíscopi.

Léctio Epístolæ B. Pauli
Apóstoli ad Timó-
theum.

1. Tim
3.

Charíssime: Fidélis sermo: Si quis episcopátum desiderat, bonum opus desiderat. Opórtet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxóris virum, sóbrium, prudentem, ornátum, pudicum, hospitálem, doctórem, non vinoléntum, non percussórem, sed módéstum: non litigiósum, non cúpidum, sed suæ

dómui benè præpósitum, filios habéntem súbditos cum omni castitáte. Si quis autem dómui suæ præesse nescit, quómodo Ecclésiæ Dei diligéntiam habébit? Non neóphytum: ne in supérbiam elátus, in júdicium incidat diaboli. Opórtet autem illum & testimónium habère bonum ab iis qui foris sunt, ut doctrínam Dei ornet in ómnibus.

Pp 2

IN